



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 34.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

nudum caput, clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini; sed extra castra cum Maria sorore Moysi, separata confedit; ut quam sacerdos eiecerat, ipse reuocaret. Descendit de folio deliciarum suarum, accepit molam, fecit farinam; & discalciatis pedibus, transiit fluentia lachrymarum. Sedit super carbones ignis. hi ei fuerunt adiutorium. Faciem, per quam secundo viro placuerat, verberabat: oderat gemmas, linteamina videre non poterat, ornamenta fugiebat, sic dolebat, quasi adulterium commississet; & multis impendiis medicaminum vnum vulnus sanare cupiebat.

Quadam Fabiola patrecinia. Quaedam Hieronymi verba videntur excusare Fabiolam secundas nuptias, viuentem priore marito. Verum illa intelligere ex aliis, quae aperte illas damnant, oportet. Primo ait se ream absolueret. Deinde eam ius habuisse viui dimittendi. Tertio, necessitatem secundi coniugii fuisse asserit. Hisce oppono alia eiusdem Hieronymi. nam facile fatebor culpam, inquit. Culpam igitur in secundo matrimonio agnoscit, & penitentiam eius laudat. Eam comparat Davidi, & Petro. Deinde ait, eam Euangelii vigorem nescisse. Eum vero ipse nouit esse, ut non possit aubere. Nam vniuersa causatio nubendi amputatur. Tertio vnum vulnus incauta accipit. Quarto aperuit cunctis vulnus suum. Quinto receptam ait ad Ecclesiam communiohem. Ea igitur de causa excommunicata fuerat, quia si Hieronymus iniquam iudicauit, cur eam non defendit? Sexto: Post naufragium ait noluisse iterum tentare pericula nauigandi. Naufragium igitur in secundis nuptiis agnoscit, & Hieronymus, & tota Roma, quae de eius peccato non dubitauit. Quomodo igitur eam Hieronymus absoluit ream? Quia persuaserat sibi se recte facere, quia Euangelii vigorem non nouerat, quia adolescentula affectu victa est. Infirmate, ignorantiaque, non meretricio animo peccauit. Haec summa est excusationis. At Hieronymus refert necessitatem, quae est omnibus consideranda.

Peccatum Fabiola. Respondeo. Necessitatem viam fuisse talem Fabiolae, non absolutam, sed quia difficilis, & grauis adolescentulae continentia videbatur. Cum ergo legitimum matrimonium esse putaret, noluit se fornicandi occasionibus obicere. Non fuisse necessitatem penitentiam suam docuit; qua demonstrauit, se non necessitate, sed voluntate peccasse. Nam post mortem secundi mariti, facile feruore fidei necessitatem vicit, ut desc. ibit Hieronymus. Porro Caluinus, qui solam fornicationem causam repudii admittit, pro nobis solis respondit, ne vllum putemus esse in vlla necessitate secundarum nuptiarum. [Additur autem; in-

Caluinus. „quit, exceptio, quia mulier scortando, se quasi putrine secundae membrum a viro rescindens, eum liberat. Qui de nuptiis alias causas excogitant; quia supra magistratum coineantur, lestem sapere volunt, merito sunt repudiandi. Ele- viuentem phantiam volunt istam repudii causam esse, quia prioris morbi contagio non modo ad maritum, sed & ad li- uge. „beros perueniat. Ego autem sicut pio viro consulo, „ut Elephantiam uxorem non attingat, ita eius re- „pudiandae licentiam non permitto. Si quis obiciat, „opus habere remedio, qui coelibes viuere nequeunt, „ne vrantur: dico remedium non esse, quod extra Dei „verbum quaeritur, addo etiam, nunquam illi, de fore „continentiae donum, si Domino se regendos tradant: „quia sequuntur quod ille praescripsit. Obrepet alicui „uxoris fastidium, ut congregi cum ea non sustineat: „an huic malo polygamia medebitur? Alterius vxor „in paralyfin, vel apoplexiam incidit, & alio incurabi- „li morbo laborabit: an maritus incontinentiae prae- „xtu illam reiciat? Atqui scimus Spiritus auxilio nun- „quam destitui, qui in viis suis ambulant. Scortatio- „nis vitandae causa, inquit Paulus, quisque uxorem du- „cat. Hoc qui fecit, licet non succedat ex voto, suis „partibus defunctus est. Ergo si quid desit, Dei subfi-

dio farietur. Ultra progredi, nihil aliud est quam Deum tentare.]

§. 12. Chrysostomi etiam est consentiens Hieronymo autoritas. homil. 17. in Matth. ille enim, inquit, etsi alteram non duxerit, hoc ipso se constituit criminis reum, quod adulteram fecit ex coniuge: hic vero accipiendo aliam, adulter effectus est. Nequaquam enim mihi referas, quia illam alter eiecit. Nam expulsa quoque vxor esse eius qui eam expulsi persequeretur. Deinde ne totum in eiciendum referens, magis superbam faceret uxorem, ipsi ne alius postea eam suscipiat, ianuam claudit, dicendo: qui autem dimissam duxerit, adulterat. Per quod certe mulierem facit nolentem pudicam, ad omnes illi aditum claudens, neque permittens ut aliqua viro impatientie occasio ministraretur. Cum enim didicerit mulier, quod omnimodo necesse sit, aut eum habere quem ab initio sortita sit, aut illum semel eiecit domo, nullum se iam aliud inuenturum esse suffragium, etiam nolens coniugem suum amare, cogetur.

Quamuis autem homil. 19. in 1. Corinth. 7. dicat: πάλιν ἐκεῖ μὴ πάλιν πορεύσασθαι, ὁ ἀνὴρ ὅτι ἐστὶν ἀνὴρ, ὡς τὸ αὐτοῦ ὅτι ἐστὶν ἐκκλησία τοῦ σώματος, ὡς ὁ σώματος ἐκκλησία, ἡ ἑαυτοῦ σώματος ἐκκλησία, ἡ ἑαυτοῦ σώματος ἐκκλησία, ἡ ἑαυτοῦ σώματος ἐκκλησία. Præterea autem illis quidem post fornicationem maritus non est maritus, illic vero et si idololatrica sit mulier, maritus non amittitur. Quamuis, inquam, verba appareant esse de solutione vinculi; non tamen indicat, virum iam non esse virum eius, aut ius mariti perdidisse, sic enim retinere, & condonare adulterae se corrigenti non posset, nec si vir adulter sit, ideo vxoris amittit vxoris, sed hoc indicat; Adulteram dum alteri se locauit, Ex proposito & nequitia marito factis renunciasse, eum abiecit, non tamen solutum esse vinculum matrimonii. Id paulo ante explicuit, cum ait, fornicatione solui matrimonium, ut merito scilicet expelli mæcha possit. Aliis in causis non idem esse iuris.

VERSUS 34.

Iterum audistis, quia dictum est antiquis. Non periurabis; reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino; neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius; neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis; neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. sit sermo autem vester, est, est; non, non; quod autem his abundantius est, a malo est.

QUESTIO I.

An omne iuramentum sit prohibitum?

§. 1. Ita olim haer. sis Pelagianorum quorundam in Hierosolyma docuit, Ep. 89. q. 5. apud Augustinum. Secuti sunt & Wiclefite, nostro tempore Anabaptistae. Qui verba redemptoris simpliciter, rectissimeque sequite arbitrantur. Cum vero duplex iuramentum sit, ut est apud Th. ol. in 2. 2. q. 89. art. 1. Est duplex etiam *Πιστορία*, *πεινιστήριον*. Nempe iuramentum asser-torium, quo ad veritatis alicuius confirmationem Deus in testimonium vocatur. Et promissorium, Duplex quo aliquid se facturum, aut non facturum, cum ramens diuini

diuini numinis contestatione iurator pollicetur, vtrumque illi negant, magis tamen assertorium, eo quod promissorium cum voto habeat aliquam affinitatem.

§. 2. Argumentum horum in ipsis verbis esse fundatum, ac proinde speciosum videtur. Leuitici 19. 11. & Exodi 20. 7. In Leuitico quidem. *וְלֹא יִשְׁבַּע* Et non iurabitis in nomine meo mendacium. In Exodo autem.

לֹא תִשָּׁבַע בִּשְׁמִי יִרְחֹק אֲלֵהֶם לְשׁוֹן

Non accipies nomen Domini Dei tui in vanum. Eadem Deuteronom. 5. 11. Domino autem reddi iuramentum iubentur. *וְשָׁבַעְתָּ בְּשֵׁם יְהוָה* inquit, *וְלֹא תִשָּׁבַע בְּשֵׁם יִרְחֹק אֲלֵהֶם לְשׁוֹן* 68. Certe, inquit Cicero, vota reddunt; vt quæ Dei nomine interposito concipiuntur. Lex illa est Num. 30. Si quis iurauerit votum Domino voverit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum: sed omne quod promissit, implebit. Præstandum est igitur, quicquid iuratum est. Quidam hoc interpretantur, vt dicant; sensum esse. Ne idolorum nomina, sed Dei in iureiurando usurpent: sed prior sententia tam nostro, quam Numerorum textui conuenit. Periuria igitur prohibebantur, iuramenta vero permittentur. At Christus omnino legem illam reformat. Ego autem dico vobis non iurare omnino. *ἐγὼ δὲ λέγω*, quod ad omnia iuramenta pertinet, vt & Syrus *ܐܢܬܝܢ ܠܐ ܬܝܪܐܝܬܝܢ ܕܝܡܝܢܐ* prorsus, non igitur vnum genus, sed omnia prohibentur. Et satis indicat verbi. 37. sit sermo vester est, non, non. quod autem his abundantius est à malo est.

Hoc tam claro dogmate, vt putant, adducti Anabaptistæ iurandum fugiunt omne, ac damnant. Olim hac ex causa Manichæi vetus Testamentum repudiabant, quod iuramenta permittent, quæ Christus sustulit. Videntur aliquando & quidam Patrum iuramenta, in totum, ita Cyprianus loquitur, improbare. Ita Chrys. hom. 15. in Gen. iuramenta quog. omnibus modis fugiat: audiens sententiam Christi, quæ dicit, dictum est antiquis, non peieratis: Ego autem dico vobis non iurandum omnino. Ne igitur dicat aliquis, in re iusta iuro, neque enim in re iusta, neque iniusta iurare licet. Purum igitur seruamus à iuramentis os.

Verum ille cum dicat, non iurandum omnino, non vitur alio loquendi modo, quam Christus ipse; quod si ergo Christi verba sic exponimus, vt legitima iuramenta illis repugnare negemus, cur non eadem moderatio cadat in verba Chrysostomi? neque enim dicimus eum alio sensu locutum, quam ipsam Dominum. Quin ipse dum temeritatem iurandi in concionibus reprehendit, satis ostendit, quæ iuramenta illi cita censet. Theophylactus minis excusare possum. Porro, inquit, si dixeris legem Moysi malam fore, quia iurare iubet. Disce tum malum non fuisse, post Christum malum esse, sicut & circumcidi, & in summa quicquid Iudaicum est. Sugere enim puero conuenit, viro minime. Verum eriat ille, quod Iudaicam cærimoniam putat esse iuramentum, cum Abraham, & alii Patriarchæ, Deus ipse, & deinde Apostoli iurauerint. Orta est hæc lententia, & Patrum quorundam locutiones ex vehementi zelo, cum audirent periurio nomen Dei quotidie blasphemari. Et sanè quotidie multa millia periuriorum in minimis contractibus audimus. Vt quamuis non sint Priscillianistæ, qui periuria licita dicebant. vt est apud Augustin. de hæres. cap. 70. ita tamen peierant, quasi peccare se non crederent.

§. 3. Horum igitur verborum intelligentia sollicitè requiritur: & insigni documento nobis est, non nulla Scripturæ verba, sed eius fidei analogiam, Ecclesiæque interpretationem spectandam. Etenim et si Christus dixit: *μὴ μὲν οὖν ὅσους ἔλεος*, non iurare omnino. Fides tamen, quam ille tradidit, non modo quædam li-

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

cita, sed nonnulla etiam necessaria iuramenta esse demonstrat. Certo igitur statuendum est, ita iuramenta prohiberi, vt tamen quædam legitima admittantur, alia etiam præcipiantur.

Hac igitur in re multorum ingenia elaborant. Multi iuramenta vetita affirmant; Non quia ipsa ex se mala essent, sed quia consuetudo iurandi, quæ ad periuria deducit, vitanda est. Monet Ecclesiastic. 23. 9. & 12. ita Clemens Alexand. 7. Strom. Chrysostom. homil. 17. in Matth. Ambros. serm. 14. in Psal. 118. Augustin. lib. 1. Serm. Domini in monte. quam vitandam idem Augustinus docet, vt in eius vita Posidonius habet, quod tamen esse difficilimum alibi asserit. Eo usque vero inualuerat, vt corruptissimis moribus seruaretur antiquis, non vt à sceleribus metu religionis prohiberentur, sed vt periuria ceteris sceleribus adderentur. Sane notissima est Augustini sententia. Ideo prohibet hominem à iurando, ne in periurium prolatur. Et homo tanto longius erit à periurio, quanto longius à iurando. Et propinquat falsæ iurationi, qui verum iurat.

Sancta prorsus est eorum consuetudo, qui iuramenta vitant, non tamen hoc loco *οὐκ ἐν τῷ ὀνόματι* seu iurandi proclitatem Dominus reprehendit. Causas enim reddit; cur non sit iurandum per cælum, quia thronus Dei est, non quia periculum periurii est. atque ita in ceteris nulla prauæ consuetudinis mentio habetur.

§. 4. Augustinus lib. de mendacio. cap. 15. Intelligendum est illud, quod positum est, OMNINO, ad hoc positum, vt quantum in te est, non affectes, non ames, non quasi pro bono cum aliquâ delectatione appetas iuramentum. Sensus igitur est; Nolite iurandum velut rem laudabilem amare, nolite omnino, quantum quidem in vobis est, iurare. Quod si iurandi causam rationabilem vobis aliena incredulitas, aut infirmitas adfert, non prohibemini iurare. Sana est & amplectenda illa doctrina; quæ modum iurandi præscribit, & mallet omnino nullam esse iuramenti causam, quæ est ex diffidentia. Et hanc & superiorem rationem Augustinus Epist. 90. complexus est. Iurationem caue quantum potes. Melius quippe nec verum iuratur, quam iurandi consuetudine, & in periurium sæpe caditur, & semper periurio propinquatur. Sed illi, quantum aliquos eorum audiui, quid sit iurare prorsus ignorant: Putant enim se non iurare, quando in ore habent, Scit Deus: & Testis est Deus: & testem Deum inuoco super animam meam: quia non dicitur, per Deum: & quia talia reperiuntur in Apostolo Paulo. Sed etiam illa ibi contra eos inuenta est, quam non consentient esse iurationem, vbi ait Apostolus; Quotidie morior, per vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. In Grecis enim codicibus reperitur omnium esse hanc iurationem, ne quis in Latinâ linguâ hoc sic intelligat dictum. Per vestram gloriam quomodo dictum est, per meum aduentum iterum ad vos, & multa similia, vbi dicitur per aliquid, & non est iuratio. Sed non ideo quia in suis literis iurauit Apostolus, vir in veritate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, vt dixi, quantum ad nos attinet, nunquam iuramus: vt sit in ore nostro; Est, est, non, non: sicut Dominus monet. Non quia peccatum est verum iurare: sed quia grauissimum peccatum est falsum iurare: quo citius cadit, qui consuevit iurare.

Et Serm. in monte lib. 1. Quapropter quis intelligit, non in bonis sed in necessariis iurationem habendam, reseruet se quantum potest, vt non ea vitatur, nisi necessitate: cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis utile est credere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur. Sit autem sermo vester, Est, est, non, non. Hoc bonum est, & appetendum, quod autem amplius est, à malo est: id est, si iurare cogis, scias de necessitate venire in similitudinem eorum qui bus aliquid iurantes.

I 3

§. 5. Mul-

In iureiurando periculum periurij.

Non prohibetur his iurandi proclitatem.

Non iurandum, quantum in te est.

Iurant etiam, qui non iurantur verbo per Deum.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

§. 9. Qui quidem in remiror eos esse in Anabaptistas: am vehementes, cum idem error fuerit Waldensium; dixerunt enim, omne iuramentum Christianum esse illicitum, sine illis distinctionibus, quas vel Patres, vel etiam Calviniani adhibent, vide. Castr. verbo, iuramentum. Sanderum, Prat. alios. at Waldensium eos nomine dignatur. Imo in Iconibus illustrum virore, quas Ioannes Laonius edidit Genevæ anno 1580. magni eos laudibus prosequitur. Veteris Ecclesiæ Christianæ, & purioris fidei appellat, testatissimum aut eorum vitam innocentiam, nunc etiam habere insignes Ecclesiæ religionis puritatem, & omnium Christianarum virtutum exemplis. Quomodo igitur Anabaptistæ rixandi libidinem & inscientiam produunt, cum tam sint Waldensibus similes, quos à puritate doctrinæ Beza commendat? Cur igitur in Anabaptistis errorem persequuntur, quem in Waldensibus, ne notandum quidem duxerunt?

Maneat ergo iuramenti religiosus usus, quod Deus sepe vituperavit, & infirmum in cessatum est. De quo autem est sententia D. Basilii in Psalm. 14. Sic itaque in hoc loco contentus abest propheta iuramento quod iustum sit ac rectum. Dominus vero vel occasione ipsam refecat per iuramentum. Qui enim vel recte iurat, forte & non possit interdum falli; qui vero non iurat, periculum vitæ perit. Nominat, qui propheta multis adeo locis iuramentum immutabilem firmamque rei ac propositi cuiuslibet confirmationem, ut est illud: Iuravi & statui custodire iudicia iustitiae tue. Item, Iuravi Dominus & non perirebit eum. Non quod Deum ad testimonium dictorum fidemque dubietati faciendam inducere, sed quod in immutabili ac firmo decreto gratiam promissionis Davidi confirmavit. Sic & hic dictum esse potest, illud. Qui iurat proximo & non decipit, hoc est qui promissa affirmat proximo & non decipit, ut cum Servatoris dicto conveniat: si sermo vestester est, non non. De eiusmodi rebus dum adstrictus & affirmas, annue; de his vero quæ non ita se habent, & si omnes homines adhortarentur & obsecrarent, nunquam vilo pacto inducaris, ut contra naturæ veritatem affirmes. Non facta est res: negatio sequatur, facta est: consensu firmatur. Citra ullam verborum implicationem ad aliud respiciens ipsam per se veritatem studet exprimere simplici ac nudo veris asseritione. Qui vero affirmanti minime sic crediderit, ipse viderit: damnum sentiet incredulitatis. Turpe enim & omnino stultum, sese ut fide indignum accusare, & ad iuramenti securitatem confugere.

§. 2. Alia ratio est, ut per creaturam iuremus, non ut in illa sistamus, sed ad Deum omnia referamus, creaturæ autem mentio fit, ut ad Deum refertur, & in ea Deus relucet, eiusque scientia, & iustitia. Nec recens illa est distinctio, sed olim re ipsa inter Christianos martyres vitata. Etenim per genium Cæsaris ut iurarent, nullis tormentis adduci poterant, per salutem eius iurare licitum sibi ducebant. Ita Tertull. Apolog. c. 31. Sed & iuramus sicut non per genios Cæsaris, Christiani ita per salutem eorum, quæ est angustior omnibus genis. Ne per salutem scitis genios Dæmonas dicit, & inde diminutiva voce Dæmonas Cæsaris. nō? Nos iudicium Dei sufficimus in Imperatoribus qui genium iuribus illos praefecit. Id in eis esse scimus, quod Deus voluit: id iurabant. eoque & saluum volumus esse quod Deus voluit, & pro magno id iuramento habemus. Ceterum Dæmonas, id est genios adiurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non desiderare, ut illis honorem divinitatis conferamus.

Per genios non iurabant; quia dæmoni tribuerent honorem Deo soli debitum. Per salutem iurabant, quia in ea servanda divina misericordia laudabatur. Quamvis hoc iurandi genus multi reges improbarunt, & nunc inulatum. Refert doctissimus Pam. melius in Tertull. hunc locum, legibus Clodovæi, Chilberti, Clotarii sanciri, ut nullus praesumat, per vitam regis, & filiorum eius iurare.

§. 3. Iuramenta quæ per creaturam fiunt vera sunt iuramenta; non quia creaturæ assumuntur ad testificationem veritatis, sed quia oblique, seu indirecte Deus in testem vocatur. Itaque honor qui creaturæ in illa iuratione exhibetur, nec est religiosus, nec honor per creaturam nisi æquivoce, tendente in Deum principali intentione, quamvis aliquando vere & proprie etiam invocatur honoretur creatura, sed tunc honor ille admodum diversus est ab eo, quo Deus colitur. Si enim quispian ita iuret:

Et cælus, & conscia sidera testor.

Si proprie loquitur, si non per prolepseam, cælum alloquitur, idololatria est. Creaturas enim mutas in testimonium vocat. Si vero dicat alia forma: per cælum, & sidera iuro. Impius esse sensus potest, modo explicato; & pius, si Deus in testimonium vocetur cum mentione creaturæ, ut creaturæ nullus honor nisi Dei intuitu tribuatur, itaque eo modo improprie dicitur honorari creatura. Cum tamen iuratur per creaturam rationis compotem, ideoque veri honoris capacem, non est dubium proprie illam honorari, ut cum dicitur:

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.

Quis non videt amoris & honoris signum esse, iurationem per caput filii: sic & reges suos honorant, qui per salutem eorum iurant.

Hoc tamen certo statuendum est, cum per creaturam iuratur, si iurandi naturam spectes, eam proprie ad Deum pertinere, creaturam autem iungi, ad explicationem asseritionis. Ut cum iurat Alcibiades.

Per caput hoc iuro per quod pater ante solebat.

Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus.

Deum, ait, in testem voco tam vere & sincere, quam cupio me saluum esse. Aut Deum testor, tibi apud me præmia reposita fore; ita sim saluus. Si vero per cælum iurat, aut templum. Sensus est; Deum testor hoc ita verum esse, quam verum est cælum esse, templum esse sanctum. Hoc etiam notandum cum per caput, per animam, per salutem suam iurat quispian tacitam execrationem contineri.

1 4

§. 4. Qua-

QVÆSTIO II.

An per creaturas iurare liceat?

§. 1. Disputat quæstionem illam D. Thomas 2. 2. q. 8. art. 6. Atque in hæc verba definit: Et similiter iuramentum principaliter refertur ad ipsum Deum, cuius testimonium invocatur. Secundario autem assumuntur ad maius iuramentum aliqua creatura, non secundum se, sed in quantum in eis veritas divina relucet.

Duplici igitur modo iuramentum fieri per creaturas potest. Primo ut creaturæ veluti dii in testimonium conscientie vocentur, atque ita illis numen, seu divinitas aliqua tribuatur. Et hoc quidem iuramentum omnino idololatricum est, ideo vetitum, ut Chrysostom. homil. 17. Cyrillus lib. 5. in Isa. cap. 65. Pseudoheron. Hilar. can. 4. ita 22. quæst. 1. cap. clem. Verique affirmat Innocentius III. Christum prohibuisse iuramentum per creaturas, non per creatorem, ne per eiusmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificentia creatoris. Hæc pertinet iuramenta per dæmones, & Deos falsos, de quibus Augustin. Epist. 104. Et hæc de re nulla est apud Christianos quæstio.

§. 4. Quapropter errat hoc loco Beza, Piscator, Daniel Tolianus, & alii, qui negant, has formulas fuisse licitas, nec Christum approbasse. Atque hinc nullo modo probari sanctorum inuocationem, vel iurationem per sanctos, cum tamen Bellarminus, & Maldonatus, id probent, ex formulis iurandi. Idem iam ante de Sanctis Caluinus professus erat comm. in hunc locum. Basilius in Psalm. 14. non putat has formas esse vera iuramenta. Sunt autem sermones quidam, iuramentorum quidem figuram habentes, non tamen iuramenta omnino existentes, sed remedia potius persuadendi, ut Ioseph Aegyptium familiarem sibi reddere cupiens, per sanitatem iurauit Pharaonis. Et Apostolus charitatem suam erga Corinthios ostendere volens, ait: Per gloriam vestri quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Non enim euangelica doctrina immorigerus fuit & inobediens is cui concreditum erat Euangelium, sed simplici sermone sub forma iuramenti reddito, gloriationem quam in ipsis habebat, omnium sibi pretiosissimam esse hoc verborum tropo vsus ostendit.

Hac sententia ita vera est, ut non negandum sit, in formulis quas Christus protulit verum esse iuramentum, dicit enim: per caelum iurare eos, & per eum, qui est in caelo. Sed tantum iuramentum quoad suam propriam essentiam in Dei inuocatione consistit, ex creatura vel precatio, vel execratio, vel comparatio sumitur, sine quibus tamen est integrum iuramentum. Piscator in hunc locum partim iuramenta concedit, partim repudiat, ita enim notis in hunc locum suae sententiae dubius, loquitur.

[Quaeritur, an liceat iurare per creaturam. Ratio dubitandi est: quia Christus videtur hoc loco concedere iuramenta per creaturas facta, dummodo non fiant fallaciter aut temere. Haec enim duo, ac praecipue posterius, videtur hoc loco reprehendere: non autem ipsas illas iurandi formulas. Contra autem Lex praecipit, ut per solum Deum iuretur. Etenim praecipitur illud de iurando per Deum, Christus interpretatur addita particula Solum, supra 4. vers. 10. Respondet: per solum Deum iurare licet: quia Deus solus inuenerit iurantem animum, & solus potens est ad puniendum fallentem, & denique quia iuramentum est cultus Dei. Quod autem Christus hoc loco non reprehendit illas ipsas iurandi formulas, ex eo non potest inferri quod eas approbet. Attamen sancti videntur iurasse per creaturas: ut Ioseph per vitam Pharaonis Genes. 42. viuit Pharaon. Hanna per vitam Eli. 1. Samuel. 1. viuit anima tua. Dauid per vitam Ionathae, 1. Samuel. 20. viuit Iehoua, & viuit anima tua. Abigail per vitam Davidis, 1. Samuel. 25. viuit Iehoua, & viuit anima tua. Respondet: haec locutiones non sunt proprie iuramenta: sed asseuerationes per collationem rei alicuius certa & manifesta: ut sententia earum sit; ea quae asseuerantur, tam esse certa, quam certo viuit Pharaon, Eli, Ionathas, Dauid. Interim asseueratio illa Iosephi non videtur carere vitio, & quidem gemitio, vno quod illam adhibuit simulat: altero, quod usurpauit formulam Aegyptiorum qua illi nimium tribuerunt Regi, tanquam si immortalis esset. Potro contestationis qua Moyses contra filios Israel contestatus caelum & terram, Deuteronom. 4. versicul. 26. paulum diuersa est ratio. significat enim animas & intelligentiae expertes, tamen quodam modo audire quae ipse coram illis loquatur, ac proinde testes fore in iudicio Dei contra filios Israel, ne possint ad se excusandum praetendere, sibi non esse a quoquam indicatum quid sui esset officii seu quomodo Deus a se coli vellet. Nec tamen Moyses dicendo, Contestor contra vos caelum & terram, iurat per illas creaturas: sed tantum asseuerat, se illis creaturis quasi consciis proposuisse Israelitis euentura mala nisi pa-

ruerint legi Dei. Quare ista exempla Sanctorum nihil inuant Pontificios, qui putant licitum esse iurare per sanctos defunctos: atque etiam id faciunt.]

Ad argumentum non opus est noua responsione; non enim ita per creaturas iuratur, ut veluti consciae cogitationum in testimonium vocentur. Verum Piscatori praestat opponere Magistrum eius Caluinum aliter sentientem, cuius ista sunt.

[Falluntur qui exponunt has iurandi formas a Christo corrigi quasi vitiosas, eo quod per solum Deum iurandum sit. rationes enim quas adducit, magis in contrariam partem inclinant, quod scilicet tunc quoque iuretur per nomen Dei quum caelum & terra nominantur: quia nulla est pars mundi cui Deus non insculpsit gloriae suae notam. Videtur tamen haec sententia non congruere cum legis praeepto, ubi Deus per nomen suum iurare diserte iubet: item cum tot scripturae locis, ubi conueniunt, iniuriam sibi fieri quoties iuratur per creaturas. Respondet corruptela esse idololatriae affinem, quum vel iudicii potestas, vel testimonii probandi autoritas illis deferatur. Spectandus est enim ipse iurandi finis, quod scilicet homines appellant Deum perfidiae ultorem & veritatis praesidem. Hic honor alio transferri nequit, quin violetur eius maiestas. Hac ratione dicit Apostolus non rite iurari nisi per maiorem; & hoc soli Deo esse proprium, ut per seipsum iuret. Ita quisquis olim per Moloch vel per aliud idolum iurabat, tantundem minuebat ex iure Dei, quod alium eius loco substitueret eordum cognitorem & iudicem in animas. Et hodie qui per angelos vel sanctos mortuos iurant, spoliato Deo, inane illis nomen affingunt. Diuersa autem ratio est, quum per caelum & terram iuratur in ipsius opificis intuitu. Neque enim in creaturis subsistit iurandi religio: sed Deus ipse solus aduocatur in testem, productis in medium gloriae eius symbolis. Porro caelum scriptura Dei solum vocat, non quod illic sit inclusus, sed ut discant homines sursum mentes attollere quoties de ipso cogitant, nec quicquam terrenum vel humile de ipso imaginentur. Immo terra, scabellum pedum eius ideo vocatur ut sciamus ipsum ubique diffusum nullis locorum spatiis capi. Hierosolyma sanctitas ex promissione pendebat. Sancta ergo fuit, quod eam Dominus in sedem ad domum suam elegerat sui Imperii. Quum iurant homines per caput suum, vitam suam, quae singulare est Dei donum, tanquam bonae fidei pignus, in medium adducunt.]

Fallitur igitur Piscator, Beza, alique iudice Caluino. Quin & ipse fallitur. Cum ait, Et hodie qui per angelos, vel sanctos mortuos iurant, spoliato Deo inane illis nomen affingunt. Cui facile ex ipso est respondere: Per sanctos enim & angelos non minus iuramus in ipsius opificis, & sanctificatoris intuitu, quam per caelum, quod est domicilium Dei & sanctorum, cum ipsi quia maius sint templum Dei, imo & membra, multoque magis in his diuina maiestas, quam in corporata machina diuinae mundi reueret. Sunt igitur sancti & angeli diuinae gloriae symbola, effectusque. Quod si quispiam per angelos, sanctosque velut numina, eordum cognitores, & iustitiae vindices iuret: dubio procul cum diuinum honorem creaturae deferat, ab idololatriae criminibus non excusabitur.

§. 5. Hinc manifestum est, creaturam ad Deum referri, seu ut Caluinus loquitur opificis intuitu, & ut in Creatura diuina gloria velut in Symbolo reueret, maiorem ad Deum honorem posse tribui, quam in se, & natura sua solitarie spectata. Priore enim modo per eam iurare fas est, hoc est, posteriore nefas. Immerito igitur Maldon. & Bellarminus a Daniele Tossano reprehenduntur. Te- mere enim aut falso per caelum non est iurandum; butur, quia

§. 7. *Quod vero amplius est, & excedit, quod redundat,* loquitur enim de iuramento non necessario, id à malo est. Variæ interpretationes. 1. à malo alicuius non credentis nisi iuranti, 2. à mala consuetudine iurantis, 3. à malo quo concessum Iudeis iurare per creaturas, 4. à malo, quo Iudei iurabant sine reuerentia & veritate per creaturas, 5. à demone, qui perantonomasiam vocatur *νεμερς* malus. Ille enim iurandi consuetudinem, & periuria inducit. Atque hæc posterior vera est, & literalis explicatio. Syrus habet מין בישא *Men bischa* hu, à malo illud. Est vero *Bischa* vt *νεμερς* insignitus malus, & in flagitiis exercitatus.

§. 3. Hanc Dei legem Christus non sustulit, est e-
nim

VERSUS 38.

*Audistis quia dictum est, Oculum
pro oculo, & dentem pro dente.*